

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



aperit sacramentum. quod est etiam  
in nostro corpore magnus dominus.  
et rex magnus super omnes deos.  
iuxta illud. quis similis erit domino  
inter filios dei. quia omnes super-  
nae uirtutes cum regant caeteros.  
ipse tamen reguntur christo.  
quia in manu eius fines terrae.  
quia quae in manu dei sunt. sine do-  
nequeunt opponeri. si dilatare  
fines. si propagare terminos.  
si desideramus amissa reuocare.  
dominum ergo fide uiribus deprece-  
mus. per cuius offensam nobis  
ista depereunt. et ipsius propi-  
tiatione redeunt amplata. qui  
dat sicut uult. tollit et cum uult  
reddere non potest. omnipotens  
non habetur. multa facit ad su-  
ae maiestatis indicium. ad suae  
emendationis et correctionis  
exemplum. uacant aliena presi-  
dia. si nostri regis non subuene-  
runt adiutoria. ipsius est mare.  
et ipse fecit illud. ne puteus que-  
situm inuentum et non ad domum con-  
ditum. ipsius est mare et ipse  
fecit illud. ubi sunt quidam de  
materia et maximae de qua  
mundum figurasse confingunt.  
Dei noster in caelo et in terra non  
ut inuentor. sed ut conditor ma-  
teriae ex nihilo cuncta perfecit.

uenite inquit adoremus. quae secun-  
tur fratres ignorantibus ueluti  
merorem. propheta exultatio-  
nis suae fuisse demonstrat. dum  
prouocatus ad gaudia. mox euocat  
ad ploratum. Uenite inquit ado-  
remus et prociadamus ante eum.  
et ploremus coram domino qui fecit  
nos. dixerat uenite exultemus.  
uerum hic propheta secum fletus  
suorum nos desiderat fundere  
gaudiorum. quia semper lacri-  
memere sicut dolore magno ita  
producuntur et gaudio. quae utiq;  
interni pectoris et ponunt et tes-  
tantur adfectum. qui ergo lapi-  
dibus prosternebamur et lignis.  
uerum tandem dominum cognitum uult  
nos adorare. procedere et repen-  
sare lacrimis. atque continuo deu-  
tionis obsequio. quod diu et longo  
tempore negleximus. plora er-  
go dum praeteritis praenitens. gaude  
de presentibus. aestuat et metuit  
de futuris. dixi metuit. quia  
mihi et in meo corpore adhuc po-  
situs talia cantasse cognoscitur.  
sicut alibi ipse testatur. effudit  
letus lacrimas gaudiorum.  
Qui seminat in lacrimis. in gaudio  
metit. perfecte autem letitiae  
fletus fuisse exsequentibus. sic  
demonstrat. uenite adoremus.